

prompte præstetur, antequam accipiat, qui præbet, quantum ex eo benignus omnibus aut largientissimus videatur, hic qui datus est metitur. Miles denique ipse sumptis armis pergit ad præium; dum adhuc, cui cedat victoria, nescitur, præsumpta sibi fortitudinis arrogantia, ita typhosus, quasi jam victor ingreditur. Præludit ergo elatio in quibusdam, et velut dux quedam suadet omnibus. Nec solum magnis dat animum, sed et parvis. Nam in quovis operis conatu vel ponderis, quamvis invalidum mox laudaveris, plus valebit. Si parum ponderis portantem quasi admiratus fueris, majori succumbit. Si pigro dixeris quia velox est, continuo evolabit. Postremo et cui vires vana gloria dare non potuit, vel impetum commodavit. Itaque ergo quedam præcedit, quedam

A sequitur: ut nisi quis illam in omni opere suo circumspècte provideat, nihil Deo ex omni opere ejus, nihil proximo, nihil denique eidem ipsi, proficiat; sed velut infelix mancipium, sub aura domina quantumvis laboraverit, tamen semper est nudum.

VI. Sed dicet mibi aliquis: Ergo nihil charitati, nihil misericordiae, nihil postremo quod gessimus, cuicunque deputabitur bonitati? Audacter dicam: nihil. Quia soli inanitati sue vana gloria vindicat, quidquid non bonitatis, sed ejus imperio est perfectum. Multa sunt quæ de hac contagione dicantur; sed quia jami multiformis subtilitas ejus potest sapienti viro his paucis judiciis perlucere, nunc ad reliqua transeam, et quid aliud pejus ex hoc malo generetur expediam.

OPUSCULUM IV. DE SUPERBIA.

I. Qualis electus sit David in populo Dei propheta et rex, quantumque misericordia, summa et mansuetudinis fuerit prædictus dignitate, puto te, charissime, sacerorum voluminum testimonii agnoscisse. Intendat ergo prudentia tua, quomodo ille Deo placidus [Ferme, placitus] vir hunc nequissimum vangloriae spiritum, ne sibi subrepereret, formidavit. Conspiciens enim qualia et quanta bona illi quotidie Dei gratia largiretur, id est, tot victorys aliepigenarum, tantam divitiarum affluentiam, vindictam in nemulis, impumerositatem in ciuiis, mansuetudinem in iudicis, postremo prophetiam Spiritus sancti in agotionem omnium futurorum; tamen ne illum in his tantis bonis aliqua vana gloria usque inflaret elatio, oral Denm Attentius, dicens: Non veniat mihi pes superbæ, et manus peccatoris non moveat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare (Ps. xxxv, 12, 13). Videamus ergo quid est hoc, quod dixit: Non veniat mihi pes superbæ, et manus peccatoris non moveat me. Pes siquidem in homine, quantum ratio indicat, quamvis extremitas corporis sit, tamen quasi fundamentum aliquod initium surgentis status est, a quo etiam veluti fabricata formata carnis altitudo consurgit. Quod ergo ait: Non veniat mihi initium superbæ, id est, vana gloria, ex cuius fundamento ruinosa illa Superba celsitudo producitur. Una enim generatur ex altera, et propinquitas eorum vix paucorum forte discretione cognosciur. Nam ex quocunque bono nimium fuerint homines gloriati, hoc continuo subsequitur, ut ipsum bonum, non largitori Deo, sed suæ tribuant potestati.

II. Vana gloria est ergo humanis laudibus deleteria: superbæ vero est, bonum pro quo aliquis laudatur, sibi hoc applicari, non Deo. Et vana gloria quidam ex aliena estimatione nutritur, superbæ vero

B ex vana gloria. Cum semel aliorum asseverationibus consuevit homo, quod magnus sit, necesse est ut hoc sibi et ipse consentiat. Quam miseriam illud quod est pejus assequitur: quia quidquid apud se etiam proprio testimonio reprobavit, quamvis falsum sit nulla id ei [Edit., eum] poterit extorquere suasio; et ob hoc inemendabilis status, spretis alijs, se tantum quotidie admiratur, id solum irreprensibile perfectumque judicans, quod ipse sapuerit. Hoc igitur erat, quod rex David, ne illi subrecolet, exorbat; ne forte aliqua suasione, vana laudis inducio, non hoc divinae gratiae, sed suæ potestati, quia tam magnus erat, ascriberet.

III. Quid autem superbæ spiritu inflatos homines subsequuntur, proximis idem propheta verbis adjunxit. Cum enim dixisset: Non veniat mihi pes superbæ, continuo addidit: Et manus peccatoris non moveat me. Sciebat enim quia omnem superbiam mobilitas statim sequitur peccatorum. Ita re vera est. Nam quisquis superbæ tumore [Edit., timore, mendose] distenditur, in hoc Dei gloriam imitatur, quod nemo illi sit similis: tanquam vere profanus, qui ad injuriam Dei consurgit, derelictus ab eo, in manibus traditur peccatorum, in operibus actuum immundorum, ut ignominiosis passionum flagitiis incurvatus, dicat se terram esse et cinerem, et quod inflatus in se videre non potuit, humiliatus agnoscat. Unde et Salomon ait: Immundus est ante Deum, qui exaltat cor suum (Proverb. xvi, 18; xviii, 12).

IV. Quid autem post hæc rex David secutus sit, yideamus. Ibi, ait, ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare. Evidenter ostendit quia in superbæ omnium iniquorum prima ruina est. Idemque etiam alibi scriptum est: Initium peccati superbæ (Eccl. x, 15). Quod ut aperiens demonstretur, angeli illius primi recordemur exitium, qui pro splendore decoris sui Lucifer nomi-

natus, ex illo sublimi beatoque angelorum loco, nullo alio nisi hoc solo superbie vitio, ad inferna dilapsus est. Quia cum inter ceteras supernas virtutes clarioribus pulchritudinis lumine premineret, non hoc beneficio creatoris cui, sed propria virtute se creditis obtinere; et tanquam nullius non egeret auxilio, si cu[m] Deus ita se illi similem iudicavit, dicens: *Potestis meam ad aquilonem, et ego similis Alijsimo (Isai. xxvii, 15, 16).* H[oc]c enim cogitatio sola illum dejecti: nam mox deseritus a Deo cuius se protectione credidi non egere, infirmus subito est miser effectus, et mutabilitatem naturae sue quam non agnoverat sensi, et Dei munus quod habebat amisit. Post h[oc]c etiam videlicet a Deo hominem factum ex pulvere in loco beatitudinis quem ipse perdidit subrogari, instigatus invidia, eodem superbie illum telo quo ipse ei dejectus apparet. Sibi enim dixerat: *Ego similis Alijsimo. Ad te et Eccl[esi]e dixit: Eritis sicut dii (Gen. iii, 5).* Quod illi concupiscentes, non ob gloriam causam, sed tantum ut dii fierent, mandatum Dei transgressi sunt. O quam ea cecitas in appetitu vanarum gloria! Nam videlicet homo tam sperat fallaciam, in qua illi versa vice similitudine Dei non ex obedientia eius, sed ex contemptu promittitur.

V. Ecce hic est primi illius veneni saporatus interitus, qui amarissimum inanis jacantibus melle circulatus, et angelum scellet et hominem. In hoc et celestis et terrena cecidit creatura. Ob hoc de sedibus suis, ille de celo, hic de paradyso expulsi sunt; et non potuerunt stare, quia graviter ceciderunt. Quale ergo superbie malum sit quod rex David aperio nuncui, subiectis ruiparum causis ipse monstrav[er]it.

VI. Omnia peccatorum genera, id est, luxuria, avaritia, adulterium, et si qua sunt alia, quamvis et in his omnibus Deus irascatur, tamen aut per angelos, aut per homines talium etiamnum vindictas exacti[ur]. At vero superbie, non per alium queritur, sed ipsum per se ipsum meretur habere contrarium. Ista enim scriptum est: *Superbi[us] autem ipse resistit (I Pet. v, 5; Jac. iv, 6).* Cetera enim via vel in eos losos qui illa perpetuaverint, retrahentur, vel in alios homines videtur admitti. Hic vero superbie humor proprio nascitur contra Deum, et ideo illum patitur inimicorum; quia se in excelsum tendens, hic semper appetit quod illi solum est proprium. Quamvis autem generaliter h[oc]c superbie labes infesta sit, non plus tamen alii metuenda est quam bis qui aut spiritualiter ad perfectionem virtutum, aut carnaliter ad divinitatrum gloriam et summos honorum titulos perveniunt. Tantum scilicet in illis major efficitur, quantum est maior est qui superbis. Neque illa vires quoque aut populares subvertisse contorta est, sed et in illorum qui maximi insidiis assidet; quorum quantum alius gradus est, tantum alius est ruina. Unde etiam et illud de eodem superbie spiritu Scriptu-

A ptura commemorat: *Et cibis, inquit, ejus electus (Habac. i, 16).* Electos ille viros et sublimes aggreditur. I[ust]is suggestis quia magni sunt, quia nihil indigent, quia quidquid agunt, cogitant vel loquuntur, totum id sapientia sit. Quibus prudenter. Quibus si quid utile, Deo id gubernante, provenerit, suis illud coniuncto viribus sp[irit]uque industrie deputantes, clamant: *Ego h[oc]c feci. Ego dixi. Ego excoxitavi; et quasi stupentibus cunctis, praereptis gloriae Dei, ad ejus se similitudinem proferunt admirando[s]. Quibus justo Deus iudicio praesidia sua subducens, tradit illos, sicut ait Apostolus, in reprobum regnum, ut sufficienter vel cogitent quae non comprehendunt (Rom. i, 28).* Quia cum in omnibus Dei prouidentiam adesse cognoscant, non ut Deum magnificant vel gratias agunt, sed gloriantes in semelipsis evanescent in cogitacionibus suis. Dicentes se esse sapientes, stulti sunt; jacientes se esse stabiles, invictos, potentes, infirmi, iactici et impotentes existunt.

VII. Quae cum ita sint, satis manifestissime est compertum quia omni vigilancia omnisque cordis industria appetitus nobis vanarum gloria est fugiendus, ne forte si virulentum vel semel morbi contagium in penetralibus nostri cordis irrepserset, in omni operum nostrorum prosperitate, subtilissima humana[rum] laudum delectatione succrescens, ex abundantia negligit[ur] sue deterrimum illum et crudeliorem superbie proferat partum. Quae cum ultraque pestiferis fundatae radicibus humanae mentis arcana suppleverint*, undique mutata insidiarum specie improvisis occurrant. Nam his qui ad spiritualia se studia contulerunt, mox vana gloria illis de jejunio, de vigiliis, de lectione, de solitudine eremi, de patientia, de taciturnitate blanditur. Et si statim haec prima sollicitatio circumspecta mentis oculo deprehensa non fuerit, dirior illam vestigio superbia comes assequitur; quae illis mentiatur et sanctiores eos melioresque omnibus esse, et in summo perfectionis culmine, propria etiam virtutis stabilitate, quasi nunquam catastros stare divendit. His vero qui adhuc carnallum passionum oblationibus quibus subrepunt, cum semel sibi obtinuerint domicilia mentium humanarum, tum multiformem ex ultraque somitem pululant vitiiorum. Nam vana gloria generat ex se presumptionem omnium novitatum, adinventiones falsorum dogmatum, questionum torturas, contentiones, heresies, sectas, schismata. Superbia vero parit indignationem, invidiam, contemptum, detractionem, murmurationem, et execrabilorem bis omnibus blasphemiam. Quorum malorum causa si quis extirpare in veritate desiderat, origines earum a se prius et radices excidat. Ita namque omnium vitiiorum funditus poterunt soboles extirpari, si ipsa quoque eorum semina, priusquam germinarent, evellantur.

An succreverint? Malum tamen supplantaverint.